



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

XVI. De relatione gratiarum pro consummatione Concilii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

tana sede omnibus * pontificibus, Concilium Deo
 præfule celebretur. Quisquis autem episcoporum,
 excepta ineuitabili causa, vel necessitate, de pera-
 gendo se Concilio absentauerit, vnius anni excom-
 municatione plectendus est. Quod si deinceps abs-
 que celebratione Concilii anni vnius meta transie-
 rit, omnes in commune pontifices Carthaginensis
 prouinciæ superioris censuræ sententia obnoxios
 retinebit: id est, si nulla sibi impediende principis
 * potestate, solius propriæ voluntatis * libido, se ad
 celebrandum Concilium non collegerint.

ANNO
CHRISTE
675.* prouin-
ciæ pōti-
ficibus* potesta-
te, vel in-
firmitate,
aut in-
uitabili
causa,

* libitu,

XVI.

His igitur constitutionibus nostris, quæ necessa-
 rio decernenda credimus, finalem manus nostræ
 subscriptionem adiecimus; immortalis Deo nostro
 & Domino gloriam & honorem reddentes, qui
 nos de conuentu alternæ visionis latos effecit; qui
 os nostrum in confessione laudis suæ aperuit; qui
 etiam decreta huius nostri Concilii honesto fine
 compleuit. Post hæc religioso domino, & amabili
 principi nostro * Vvambano regi gratiarum actio-
 nes persoluimus; cuius ordinatione collecti, cuius
 etiam studio aggregati sumus; qui ecclesiasticæ di-
 sciplinæ his nostris sæculis nouus reparator occur-
 rens, omissos Conciliorum ordines non solum
 restaurare intendit, sed etiam annuis recursibus ce-
 lebrandos instituit; vt ad alternam morum corre-
 ctionem annuo tempore alacriter concurrentes,
 iuxta prophetæ vaticiniū, quod in nobis defractum
 est alligetur, & quod abiectum est reducatur. Det
 ergo eidem principi Dominus pro huius sacræ so-

* Vvam-
bani

Ezech. 34.

ANNO
CHRISTI
675.

licitudinis voto, & cursum præsentis vitæ in pace transigere, & post diutina tempora ad se in pace remissis iniquitatibus peruenire, qualiter & hic felicia tempora ducat, & felix cum omnibus, quibus principatur, ad Christum sine confusione perueniat: vt quia per eum corona nostri ordinis in melius restauratur, coronam futuri regni capiat; ex hoc in regione viuorum regnans, cum Christo in sæcula sæculorum. Amen.

* S V B S C R I P T I O N E S.

Episcopi.

Ego Quiricus vrbs regia metropolitanus episcopus hæc gesta synodalia a nobis definita subscripsi.

Athanasius Setabitanæ ecclesiæ episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Argemundus Oretanæ ecclesiæ episcopus similiter subscripsi.

* Biger-
rensis Ego Ioannes * Bigastrensis ecclesiæ episcopus similiter subscripsi.

Ego Godiscalcus Oxomensis ecclesiæ episcopus similiter subscripsi.

Ego Leander ecclesiæ Illicitanæ, qui & Elotanæ, episcopus similiter subscripsi.

Ego Felix ecclesiæ Dianiensis episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Suinterius ecclesiæ Valentianæ episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Palmatus ecclesiæ Vrcitanæ episcopus similiter subscripsi.

Ricilla ecclesiæ Accitanæ episcopus similiter subscripsi.

* Viaticen-
sis Rogatus ecclesiæ * Beatientis episcopus subscripsi.

* Bastia-
naz Etherius ecclesiæ * Bastitanæ episcopus subscripsi.

Concordius ecclesiæ Palentinæ episcopus subscripsi.

Acisclus ecclesiæ Complutensis episcopus subscripsi.

* Segobri-
censis Memorius ecclesiæ * Segobriensis episcopus subscripsi.

Egica ecclesiæ Seguntiensis episcopus subscripsi.

Gaudentius ecclesiæ Valerientis episcopus subscripsi.

Vicarii episcoporum.

Libertus diaconus, agens vicem domini mei Sinduiti, ecclesiæ Segobriensis episcopi, hæc gesta consentiens subscripsi.

Egila Diaconus, agens vicem domini mei Mumuli, ecclesiæ Arcauicensis episcopi, hæc gesta consentiens subscripsi.